



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

LII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41527

quid credat, aut cui credat, nemo habet, & in tam dubiis rebꝯ periculosa est securitas, damnosa facilitas, pernicioſa credulitas. Noui, quàm ſuper effluenti hæc inſtillem; ſed exacto amori difficile modum perſuaferis.

De Comite N. quàm ſim exacerbatus, vtinam diſſimulare poſſem. Sed quia id non licet mihi nolle, quod vos tantopere velle intelligo, imperaui dolori, extorſi animo, vt, cum ad vos venero, ex veſtra præcipuè ſententia & Ducis Bauariorum conſilio rem patiar cõponi. Comitis N. cauſam etiam atq; etiã veſtræ fiducia commendatã eſſe volo; ne Comes N. in noſtram iniuriam ſub alieno nomine de illo triumphet. De mea cum Domina Imperatrice diſpenſatione, id ſolùm volo ad præſens rogare, vt, vbi occaſio aliqua dederit, ſolitam Eccleſiæ noſtræ opem & tutelam prætereſtendere non grauemini.

LII.



Om̃ino & Patri venerando Sigefrido digniſſimo ſanctæ Mogũtinæ Sedis archipræſuli Guntherus, licet indignus ſuus Suffraganeus orationum & obſequii perpetuam deuotionem. Non arbitror veſtram prudentiam fugiſſe, qualiter HENRICVS Imperator, piæ memoriæ, noſtram Eccleſiam, cuius ipſe fundator diuinitus extitit, Romanæ Sedis mundiburdio aſignauerit, certamque penſionem ſuo tempore illi ſoluendam nobis perpetuò impoſuerit: Tunc Romanus Pontifex, vt hanc ſingularem noſtram ſubiectionem magis celebrem, & inſignem faceret, omnibus Eccleſiæ noſtræ Præſulibus vſum pallij generali priuilegio conceſſit. Et ſubinde alij Papæ à noſtris antecęſſoribus commoniti, & appellati, idem ſolenniter indulſere. Quorum exemplo & auctoritate iſte quoq; prouocatus, noſtræ humilitati pallium ſecundum antiqui priuilegij tenorem tranſmiſit. Quamobrem ne quis apud vos, vt hominum ingenia; ſuperbè aut contumelioſè interpretari poſſit, ſeriem & modum rei vobis inſinuare curauim, certus nimirum, quidquid pro Eccleſiarum ſtabilitate agitur, veſtram charitatem ſyncerè congratulari.

Finis Epistolarum.

VARIA